



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt sanctimoniales abbatissæ suæ sint obedientes. lix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

*Ut monacha monasticè uiuant, & canonicè secundum
canonicam vitam uiuant. Cap. LVIII.*

*Ex eodē.
concil. cui
interfuit
Carolus
imper. et
Ricolph⁹
archiepi.
in claustr.
S. Albā.
cap. 13.*

*Ex eodē
cap. 14.*

Abbatissas autem cum sanctimonialibus omnino re-
& iustè uiuere censemus. Quæ verò professionem lo-
cundum regulam sancti Benedicti fecerunt, regulariter ui-
uant. Sin autem, canonicè uiuant pleniter, & sub diligen-
cura, custodiam habeant, & in claustris suis permaneant, ne
foras exitum habeant. Sed & ipsæ abbatissæ in monasterio
sedeant, nec foras vadāt, sine licētia & cōsilio episcopi sui.

*Ut sanctimoniales abbatissæ suæ sint obediētes.
Cap. LIX.*

Sanctimoniales, nisi fortè abbatissæ suæ pro aliqua nec-
essitate incumbēte mittente, nequaquam de monasterio
egrediātur. Hæ verò quæ famulos, aut famulas non habent,
ad exercenda negotia, ad mediam monasterij portam pe-
ueniant, & ibi coram testibus negotium suum exercent.

*De sceminis quæ propter cōtinentiam muliebrem mutant
habitum. Cap. LX.*

*Ex cōcil.
Grāgen.
cap. 13.*

Si qua mulier propter cōtinentiam quæ putatur, habitum
mutat, & pro solito muliebri amictu virilem sumit, an-
thema sit.

*De illo qui uirginitatem custodierit, nuptias autem ex-
crauerit. Cap. LXI.*

*Ex eodē
cap. 9.*

Quicumque uirginitatem custodiens, aut continentiam
studens, uelut horrescēs nuptias temerat, nec propter
hoc quod bonum & sanctum est, nomen uirginitatis
assumit, anathema sit.

*De sceminis, quæ propter religionem crines toto-
derint. Cap. LXII.*

*Ex eodē
cap. 17.*

Si qua mulier propter diuinum cultum, ut æstimat, crines
attōdit, quos ei Deus ad subiectionis memoriam tribuit,
tanquam præceptum dissolueus obedientiæ, anathema sit.

*De illis qui propter continentiam pallis uestiuntur.
Cap. LXIII.*

*Ex cōcil.
Cabilon.
cap. 12.*

Si quis uirorum propter continentiam, quæ putatur, am-
ictu pallij utitur, quasi per hoc habere se iustitiam cre-
dens, & despicit eos qui cum reuerētia byrris, & aliis com-
munibus, & solitis uestibus utuntur, anathema sit.